Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



tere

vignos meos pessimos qui tanquam hereditate quam distribui
pplo meo israhel. Ecce ego euellam eos de terra eorum et domum
iuda euellam de medio eorum. Et ait cum euulsero eos conuertar et miserebor
eorum. Et reducam eos virum ad hereditatem suam et virum in terram
suam. Et erit si erudiri didicerint uias pplm mei ut iurent in nomine
meo viuit dnus sicut docuerunt pplm meum iurare in baal. edificabunt
in medio pplm mei. Si autem audierint. euellam gentem illam
euulsione et perditione ait dnus. Hec dixit

XIII

Et dixit dnus ad me. Vade et posside tibi lumbare lineum
et pones illud super lumbos tuos et in aquam non inferes illud
et possedi lumbare iuxta uerbum dni et posui ad lumbos meos
Et factus est sermo dni secundo ad me dicens. Tolle lumbare quod
possedisti quod est circa lumbos tuos. et surgens uade ad eufratem
et absconde illud ibi in foramine petre. Et abii et abscondi illud
in eufratem sicut preceperat mihi dnus. Et factum est post dies plurimos
dixit dnus ad me. Surge uade ad eufratem et tolle inde lu
bare quod preceperam tibi ut absconderem illud ibi. Et abii ad eufra
tem et fodi et tuli lumbare de loco ubi absconderam illud. et ecce
computruerant lumbare ita ut nulli usui aptum esset. Et factum
est uerbum dni ad me dicens. Hec dicit dnus. Sic computrescere faciam
superbiam iuda et superbiam ierusalem multam. pplm istum pessimum
qui noluerunt audire uerba mea et ambulant in pruitate cordis sui
abierunt post deos alienos ut seruirent eis et adorarent eos
et erunt sicut lumbare istud quod nulli usui aptum est. Sicut
enim adheret lumbare ad lumbos viri sic adglutinauimus mihi omnem
domum israhel et omnem domum iuda dicit dnus ut essent mihi in
populum et in nomen et in laudem et in gloriam et non audierunt. Dices ergo
ad eos sermonem istum. Hec dicit dnus deus israhel. Omis lagunculam
implebitur uino. Et dicent ad te. Nunquid ignoramus quia omis lagunculam
implebitur uino. Et dices ad eos. Hec dicit dnus. Ecce ego implebo omnes
habitatores terre huius et reges de stirpe dauid qui sedent super
thronum eius et sacerdotes et prophetas et omnes habitatores ierusalem
ebrietate. et dispergam eos uirum a fratre suo et patres et filios pariter
ait dnus. Non parcam et non ignoscam nec miserebor ut non dispergam eos